

quingentis marcis remanentibus in pignore usque ad solutionis terminum proxime tunc venturum. Si autem medietas pecunie, que occurrerit in primo termino persolvenda, soluta non fuerit, medietas castri et opidi ac reddituum cum eisdem obligatorum nobis et nostre ecclesie Maguntine pleno iure domini in perpetuum remanebunt. Convenimus etiam nos et idem marchio in hunc modum, ut si super premissis nostre ecclesie Maguntine capitulum in hanc formam nullatenus consentiret, quod tamen treuge inter ipsum marchionem et puerum de Hassia antedictum et eorum homines ac nos et nostros homines durabunt a festo nativitatibus sancti Iohannis baptiste proximo ad annum, que a nobis et eisdem debent firmiter observari ab his, in quos habemus posse et qui in nostris munitionibus esse volunt et a nobis cupiunt defensari. Si qui vero a nobis declinare voluerint partem alteram, ut offendant iudici provincie partis alterius, id diebus XIII ante dicetur nec ab hominibus sive munitionibus nostris ex tunc aliquod auxilium sentiant aut iuvamen. Et si homines marchionis treugas ipsas infringent vel etiam non servarent, Fridericus de Trivorte nomine marchionis eas faciet firmiter observari. Et similiter nos virum idoneum eque dignum ad hoc perficere tenebimur, qui disponet, quod treuge a nostris hominibus similiter observentur. Hec siquidem treuge promittentur a decem nostris hominibus et totidem marchionis, quod debeant inviolabiliter observari. Quod si forsitan, quod absit, ab altera vel utraque parte treuge ipse non voluerint observari, partes non servantes per excommunicationis sententiam singulis diebus dominicis et manu armata, si necesse fuerit, sunt etiam inducende, ut easdem observent efficaciter et perfecte. Et, si nec hoc proficiet, erit super hoc ad nostram et marchionis presentiam recurrendum, ut nobis cooperemur ad invicem, quod eodem treuge inviolabiliter observentur. Ut autem predicta omnia robur obtineant et debitam firmitatem, presentem paginam super his conscribi fecimus et nostri ac capituli nostre ecclesie Maguntine, quorum ad hoc consensus accessit, sigillorum munimine decrevimus roborari. Actum apud Vdenstete⁶⁾ anno domini MCCLIII, XVII kal. iunii, pontificatus nostri anno tertio.

100.

Markgraf Heinrich von Meißen übereignet dem (Augustiner-Chorherren-)Stift St. Thomas in Leipzig auf Bitten des Propstes Konrad 3 Hufen in Meusdorf, die die Söhne Alberos des Kürschners einst von ihm zu Lehen getragen und ihm dann zur Übereignung an das Stift aufgelassen haben.

1254 Juni 20

Original: Leipzig, Stadtarchiv, Urkundenkasten 85 (Thomaskloster), Nr. 11 (A) — Provenienz: Leipzig, Augustiner-Chorherrenstift St. Thomas — Pergament: 35,5 cm breit, 13,0 cm hoch, Plica 2,5 cm — Besiegelung: SP. Markgraf Heinrichs von Meißen, Typar 3 (Umschrift teilweise beschädigt; Revers: vier lineare Fingermulden), an roten Seidenfäden (Abbildung/Beschreibung des Siegels: siehe Nr. 16).

99. 6) Udestedt, nö. Erfurt, und nicht Ottstedt, nw. Magdala, Thüringen, wie die ältere Forschung vor Dobenecker annahm; vgl. Dobenecker III, S. 354, Nr. 2238, Anm. 1.